

Orémus.

Bene✠dic, Dómine, Deus omnípotens, domum istam: ut sit in ea sánitas, cástitas, victóriae virtus, humílitas, bónitas et mansuetúdo, plenitúdo legis et gratiárum áctio Deo Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto; et haec benedíctio máneat super hanc domum, et super habitántes in ea. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Epiphany House Blessing

January 9, 2024

V. Pax huic dómui.

R. Et ómnibus habitántibus in ea.





3. Quia respéxit humilitátem ancíllæ **su**æ: * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes gene*rati***ó**nes.
4. Quia fecit mihi magna qui **pot**ens est: * et sanctum *nomen* **e**jus.
5. Et misericórdia ejus a progénie in pro**gé**nies * timén*tibus* **e**um.
6. Fecit poténtiam in bráchio **su**o: * dispérsit supérbos mente *cordis* **su**i.
7. Depósuit poténtes de **se**de, * et exal*távit* **hú**miles.
8. Esuriéntes implévit **bo**nis: * et dívites dimí*sit in***á**nes.
9. Suscépit Israël púerum **su**um, * recordátus misericór*diæ* **su**æ.
10. Sicut locútus est ad patres **nos**tros, * Abraham et sémini e*jus in* **sǽ**cula.
11. Glória Patri, et **Fí**lio, * et Spirí*tui* **Sanc**to.
12. Sicut erat in princípio, et nunc, et **sem**per, * et in sǽcula sæcu*lórum.* **A**men.





Pater Noster *secreto usque ad:*

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Omnes de Saba vénient.

R. Aurum et thus deferéntes.

V. Dómine exáudi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, qui hodiérna die Unigénitum tuum géntibus stella duce revelásti, concéde propítius, ut, qui jam te ex fide cognóvimus, usque ad contemplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducámur. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritu Sancti Deus per ómnia saécula saeculórum.

R. Amen.